



2d. 172.

1.

13. J

14. J

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

Contenta in hoc Volumine I.:

1. Rudolphus usq; dnu Regis duc Nassov, illis anniis nro  
fuit Magistri fabri, scuola nro Regio et uniuersitatis Praeceptori  
duo Nassovianorum in der Originalis auctiōnē auctiōnē 1718.
2. Sagittarius, Thomas, Disput. de iure et privilegiis Comitum  
Palatinorum Electororum. Jenae 1620.
3. Wildvogel, Christn., Dissert. de capitulatione perpetua. 1710.
4. Gribner, Philipp. Henr., exercitatio de iure legitimandi Comitum  
Palatinorum in terris principiorum Imperii. Vitemb.
5. Horn, Casp. Henr., de Thuringiae Landgraviorum iure suffragandi  
in rebus Imperii. Vitemb. 1708.
6. Wernher, Balth., ad Caesaris Caroli VI. capitulationem  
Dissertatio II. Vitemb. 1710. (cum clausulis in quibus datis)
7. Fineckler, Ludov. Gust., Dissert. iuridica, sive Caesario Josephi nu-  
perae capitulatione inspectaram noviter addicionum  
considerationeq. Altdorf. 1692.
8. Wildvogel, Christn., Dissert. de filiis Electorum. Jenae 1711.
9. Shenck, Henrich, Dissert. I. de Friderico III. Sapiente, Vicario  
Imperii. Lipsiae 1712.
10. de Munchhausen, Gerlach. Adolph., Dissert. de vicariatu Italiae.  
Jenae 1712.
11. Rink, Euchar. Gottl., et Bac. Gottl. Liner. Analecta hispanica  
de origine Electorum. Altdorf. 1712.
12. Lyncker, Nic. Choph., tractatio politica de Rege Romanorum.  
Halae 1726.
13. Mémoire instructif et impartial sur l'élection d'un Roi des  
Romains. 1751.
14. Mascovius, Io. Bac., exercitatio de regali imperiali que Augu-  
storum Germaniae Augustatunque coronatione. Lipsiae  
1723.

15. Hoffmann, Christ. God., *dissert. de Rege Romanorum  
vidente Imperatore electo.* Francof. ad Viadr. 1733.
16. ————— *dissert. de origine et iure sceptorum.*  
Francof. ad Viadr. 1736.
17. Mulleri, Petri, *commentatio de concordia discordantis  
Germaniae.* Francof. et Lipsiae 1729.

um  
1733.

45







11

11.

775

12

L. L.

ANALECTA HISTORICA

DE

ORIGINE ELECTORVM,

DISPUTATIONE CIRCVLARI

PROPONVNT

EVCHARIVS GOTTLIB RINK, P.P.

ET


JACOB GOTTLIB LINCK.

ANNO c<sup>is</sup> I<sup>cc</sup> XII DIE XIV MAI

---

ALTDORFI NORIBERGENSIVM  
TYPIS KOHLESII ACAD, TYP.

No. 3.



f. f.

## ANALECTA HISTORICA

D

## ELECTORVM ORIGINE.

**D**e origine Electorum, summorum S. Romani Imperii principum, qui Regibus pares iudicantur, Cap. Jos. art. 5. & summo elogio, res tempore quod columnæ sunt fundamentales Imperii, orti, non interregni condecorantur, Aurea Bulla c. 12. f. 1. Cap. omni dubio caret. Opinio quod Electro-

Jos. art. 3. tot jam scripsere eruditi viri, ut aliquid superad-  
dere, idem esset ac post Homerum Iliades scribere velle.  
Institutum etiam nostrum eo non tendit, quod crambe bis  
cocta tedium parare velimus lectori. Stat firma sententia,  
quod procul habitis omnium reliquorum opinionibus, sola  
illa veritate nitatur ac fundamento, quæ collegium celestissi-  
mum tempore interregni magni, quo post mortem Friderici II,  
feu, ut alii malunt, post decepsum Conradi IV. & Richardi, af-  
ficta fuit Germania, nocturna fuisse formam & assertum jus,  
demonstrat. Sed quamvis in se vera sit hæc positio, non ta-  
men extra omnem dubitationis aleam posita est. Satis vexa-  
vit eruditorum ingenia locus Martini Poloni, qui huic senten-  
tiae ex diametro obstat, & de quo infra plura; Nobis autem  
adhuc plura validissima obvenere dubitandi argumenta,  
quæ, an ab aliis mota vel remota fuerint ignoramus. Ea  
propter animo concepimus etiam ab his verissimam Electro-  
rum Epocham liberare. Ansam præbuit colloquium, quod

mecum seruit Illustris Reipubl. Norib. Illustris Senator, Hier. Guil. Ebner ab Eschenbach, qui vanæ gloriæ inimicus, hoc immortale debitæ & justæ laudis argumentum sibi parat, dum vi humanitatis & civilitatis, neminem nisi sui amore captum, & summa eruditionis profunditate instructiorem dimittit.

*Variorum  
de Electo-  
rum origine  
sententia.*

Antequam rem propositam aggredimur, non extra, oleas vagari videbimus, si omnium opiniones circa Electorum originem, uno verbo tantum tangamus, ut nimirum videamus, in quas loca opposita magis inclinent. Carolus Magnus, Imperialis dignitatis in Germanicas Gentes primus translator, etiam Electoralis summi ordinis primus auctor a quibusdam vocatur. Secundi hoc illustre facinus Ottoni III. Saxonii ascribunt, quibus Papicola imprimis adhærent. Tertii, qui nimirum cum Cardinali Cusano sentiunt, Henricum sanctum nominant. Quarti Theodoro de Niem ductore, initium quaerunt in Constitutione Conradi II. Quinti Peuceri Chronicō confisi, Fridericū I. Barbarosam laudant. Sexti omnium rectissime sentientes vocari merentur, qui tempore interregni hoc factum esse putant. Septimi a seducto Goldasto seducti, Ottonis IV. suppositum decretum agnoscunt. Octavi cum Beuthero juniorē etatē amantes, in Carolo IV. denique subsistunt. De quibus omnibus plura videri possunt apud Limnæum, Schwederum & alios Juris Publ. Dd.

*Periodi, que  
circa elec-  
tionem ob-  
servanda  
sunt.*

His expositis videndum, quānam periodi observandæ veniant in electione Imperatoris. Germaniæ historia omnis dividenda est in duas periodos insignes: Primo quod electio peracta fuerit atoto populo nullo statuum exclusione; hæc duravit usque dum translatum fuit jus ad potentiores & præcipuos Principes, qui a negotio hoc summo Electores vocati fuerunt, & secundam constituant periodum. Prima periodus iterum mutationem passa est circa tempora Henrici IV.

Im-

Imperatoris. Nam ad hujus usque principis regnum obtinuit successio partim hereditaria partim electitia; h. e. sequebatur filius patrem, consensu tamen populi, nec a stirpe regia temere recedebant status. Tempore vero Henrici IV. technis Pontificum, imprimis infernalis Hildebrandi seu Gregorii VII, eo effectum, ut Imperium mere electitum redderetur. Hoc jus eligendi per tot successionis membra usque ad nostra tempora exercitum fuit, primo ab omnibus statibus, tandem ab Electione Rudolphi I. a solis Electoribus, ut diximus.

Sine dubio retinuerunt Germani a Francis hanc electionis formam in imperio. *Carolus M. cum senectute premeretur, ita Germanorum Filium Ludovicum, Aquitanie Regem, congregatis Francorum vi eligerant primoribus, cunctorum consilio confortem Regni & Imperialis Ut Franci, Imperatores.*  
nominis harem constituit, verba sunt Eginhardi. Ludovicus Lotharium filium in generali populi conventu Aquisgranii habito, more solito Imperii sui solum constituit, ut Annales Franc. A. 817. testantur. Verba more solito interpretanda sunt ex loco Eginhardi, cunctorum nimirum consilio. Hoc obtinuit in Gente Carolina, quæ Germaniæ dominabatur usque ad Ludovicum infantem, cum quo extincta fuit. Vidiimus etiam per pactionem Confluentinam, quæ A. C. 860. facta, quam potestatem in omni negotio Ludovicus Rex proceribus Germaniæ concedebat, promittens Articulo X. quod illorum communi consilio, veluti adjutorum & cooperatarum assensum præbere velit, a quo constitutio successoris non excludenda est.

Statum Germaniæ post Ludovicum Infantem refert Wi-  
tekindus Corbeiensis: *Regi Ludovico non erat filius, omnis- Elegio Imperatorum que populus Francorum atque Saxonum quærebat Ottoni dia- usque ad Fridericum dema imponere regni: ipse vero, quia jam gravior recusa- II. obtinet. bat onus Imperii, ejus tamen consultu Conradus quondam*

dux Francorum eligitur in Regem. Luitbrandus L. 7. c. 7. memorat, suassisse Conradi mortuentem, ut proceres Henricum Saxonum & Thuringorum ducem prudentissimum, Regem eligerent, præterito fratre Conradi. Henricus Auceps cum se gravari jam morbo sensisset, convocato omni populo designavit filium Ottoneum Regem, annotante id Witekindo L. I. Otto Magnus A. 961. in Italiam ire disponens, fidelium multitudinem Wormatiæ coadunavit, ubi consensu & unanimitate regni procerum totiusque populi, filius ejus Otto Rex eligitur. Regino Chron. L. 2. A. 961. Ottonem II. mortuo, de Imperatore substituendo, inter primates dissentitur, aliis filio iphus Ottoni imperium deberi certantibus, aliis odio Imperatricis, a filio ejus imperium transferre volentibus ad Henricum ducem filium Henrici, qui fuit frater primi Ottonis. Hic Henricus ipsum Ottoneum puerum factiose raptum in custodia tenet, sed principes puerum de manu Henrici extorquentes in regno sublinnant. Sigeb. Gemb. A. 986. Reliquorum Imperatorum seriem usque ad Fridericum II. eorumque a populo factam electionem, ex autoribus coœvis, collegit Onuphrius Panvinius in tr. de Comitiis p. m. 316. quo lectorem brevitatis causa ablegamus.

Tempore Henrici IV. tia, obtinuit usque ad tempora Henrici IV. sine lege sola constatus de elec- fuetudine & bonis moribus, qui à primis temporibus Germaniæ al- fitione san- legit, nisi pro præcepto fuere, fulcita & confirmata. Cum autem Papalis iniquitas Acheronta moveret, ut Imperatoris auto- ritatem quæ Romanæ iniquitæ obstabat, labefactum iret, sub specie sanctæ expeditionis, quosdam principes Germaniæ al- lexit, ut regno ejicerent Henricum, eademque iniquitate eligerent Rudolphum Suevum. Ne autem, quod præcipue in votis habebat Pontifex, in una familia diutius commora-  
ri

ri posset hæc summa dignitas, utpote quod maxime pernici-  
osum esset Romanæ Tyrannidi, hanc constitutionem a  
quibusdam Germanie statibus fieri curavit, quam refert  
Auctor belli Saxonici: *Hoc sibi communi consensu probatum;*  
*Romani Pontificis auctoritate est corroboratum, ut Regia*  
*potestas nulli per hereditatem cederet, sed filius Regis, et*  
*iam si valde dignus esset, per electionem spontaneam, non per*  
*succeſſionis lineam proveniret, ſi vero non eſſet dignus Regis*  
*filius, vel ſi cum nollet populus, quem Regem facere velle in*  
*potestate haberet.*

Hæc constitutio etiamsi tumultuarie facta, poſtea pro *Testimonia*  
lege habita fuit, nobis vero loco probationis eſt, quod pri- *de Frid. II.*  
mis temporibus omnis populus elegerit, nec à familia impe- *Conradi IV.*  
ratoria reſeſſerit, & quod hoc obſervatum fuerit usque ad *Richardi &*  
electionem Rudolphi Habsburgensis. Ut nihil deſideretur, *Alfonſi ele-*  
*ctione, per* *plures prin-*  
*cipes facta.*  
*testimonia de Friderici II. Conradi Richardi & Alfonſi, ele-*  
*tione quæ à Panvinio omiſſæ, ſunt adjicienda. Urspergen-*  
*ſis de Friderico ſequentem in modum loquitur: A.D. 1220.*  
*Otto excommunicatus denunciatur. Tunc principes Aleman-*  
*nia Rex videlicet Bohemia, Dux Austria, Dux Bavaria, Land-*  
*grafus Thuringie, & alii complures convenientes, Frideri-*  
*cum Regem Sicilia elegerunt, cui etiam olim cum adhuc in*  
*eunis eſſet juraverant fidelitatem: Per hunc Urspergenſis*  
*locum, etiam verba Godofredi Monachiad A. 1212, inter-*  
*pretanda ſunt: Fridericus Rex Sicilia in Alemaniā venit,*  
*ubi à curætis Principibus & nobilibus superiorum partium,*  
*latus lufſcipitur. Quod Fridericus II. Filium Conradum*  
*consensu omnium Germanie statuum ſucceſſorem nominave-*  
*rit, autor eſt Matheus Paris. p. 786. p. 805. Electio Richardi*  
*& Alfonſi quæ in diſſidio principum facta, non à principibus*  
*qui nunc Electores vocantur, tantum peracta, ſed à multis*  
*ſimul*

simul aliis principibus, etiam si Mariana de rebus Hispanicis L.  
13. c. 10. solos Electores nominet, qui autem peregrinus &  
nostrorum scriptor est. Sed audiamus excerpta Pappenhei-  
mii ex Chronica Augustensi sub Anno 1257. quae edidit Illustris  
Freherus R. G. T. I. *Principes regni pro eligendo Rege jam*  
*diu habitis diversis conventibus tandem definitum electionis*  
*diem in octava Epiphanie statuunt in Frankfurt celebran-*  
*dum, ubi dum quidam convenissent, Moguntinus, Coloniensis*  
*Archiepiscopus, & Ludovicus Comes Palatinus Rheni, ac fra-*  
*ter suus Dominus Henricus dux Bavaria, in Richardum fra-*  
*trem Regis Anglia convenerunt; & electus ab ipsis subse-*  
*quenter in die Ascensionis Domini apud Aquisgranum in Re-*  
*gem ungitur, & potenter in regni silio collocarunt. Domi-*  
*nus autem Trevirensis Episcopus cum aliis quibusdam prin-*  
*cipibus, consentire nolens electioni predicta in media qua-*  
*dragesima, fretus literis & autoritate Regis Boemiae, ducis*  
*Saxonia, Marchionum de Brandenburg, & multorum princ-*  
*pum, elegit Dominum Alphonsum Regem Hispanie.*

Tandem etiam electio Rudolphi Habsburgensis accura-  
Electio Ru-  
dolphi I. per tiori oculo est inspicienda, ut videamus mutationem quam  
tempore passa est Germania. Inspecturi autem sumus  
solos electo-  
res celebra-  
ta.  
eo tempore passa est Germania. Inspecturi autem sumus  
antiquissimos Historicos tantum, quorum fide etiam recen-  
tiores nituntur. Autor Chronicus Colmariensis pro laconismo  
fuo sub anno 1273. tantum dicit: *comes Rudolfus de Habsburg*  
*in Regem eligitur Romanum. Chronica Australis eodem anno*  
*his utitur verbis: Comes Rudolph de Habsburg electus est in*  
*Regem Romanorum apud Francfurt auxilio comitis Palatini.*  
Reliquos principes tacet. Stero Althanensis vero qui ab  
initio seculi XIV. vixit & pro coزو habendus est, prerogati-  
vae eligentium Septemvirorum, si non expressis, satis tamen  
intelligibilibus verbis, mentionem facit, dicens sub anno  
1273.

1273. Mortuo Richardo Romanorum Rege Principes Imperii circa octavam S. Michaelis, ad eligendum alium Regem in Frankofurt convenerunt, & dum omnes qui vocandi erant interessent, prater Henricum Ducem Bavariae, qui & solennes miserat nuncios, & per ratificationem suam electioni praebevit consensum, electus est Rudolphus Comes de Habsburg. Hæc mihi suppeditat editio Freheriana, plura fortassis addita sunt in editione Canisiana quæ locupletior. Idem Canisius profert Eberhardum Althanensem ejusdem ætatis Autorem, sed quod testimonio eruditissimi viri Jo. Christiani Neu, in Mantissa ad Wheari Relectiones, Sect. ii. p. 159. per omnia cum Sterone non sine plagii suspicione, convenit. Omnium nobis commendatissimus est Albertus Argentinensis qui vixit Primus bitempore Ludovici Bavari & Caroli IV. suamque historiam ab storiorum anno 1270. ad annum 1378. deduxit. Vir gravis & historiæ sui qui vocabulo temporis sedulus indagator. Hic primus omnium Historiorum, utitur eft Alb. Argentinensis.

teris rogatus, ipsum ab Argentina usque ad Alpes euntem, eoque feliciter confirmato redeuntem, conduxit. Qui Archiepiscopus grates sibi agens, optavit ut nunquam moreretur, nisi Comiti de tanto officio respondaisset. Itaque Moguntinus feliciter procedens & prospere ad Ecclesiam suam est reversus. Quod postea fecit idem Episcopus, qui pro creatione Regis Romanorum Principes quorum intererat ad oppidum Franckfurt convocavit. Interea accidit, quod Pstaci Basilienses Stelliferos expulerunt: propter quod Rudolphus Comes congregatis suis amicis, cum Stelliferis & eorum factoribus juxta capellam Biningen Basileam obsecuit. Congregatis autem Principibus electoribus in Franckfurt, rege Bohemia dempto, & inter se de periculo diutine vacationis Imperii & de perditione juris Principum invicem conquerentibus, ac de persona eligenda, que Imperio expediret, tractantibus: Moguntinus Rudolphi Comitis de Habsburg magnanimitatem ac sapientiam commendavat: multisque aliis potentibus nominatis, Moguntinus afferens, sapientiam & strenuitatem divitiis & potentia esse preferendas, pro Rudolfo Comite instituit: Coloniensem quoque & Treverensem ad id ipsum inducens. Dux autem Bavaria, qui clarissimam uxorem suam, ex patre Duce Brabantia, & ex matre de Hollandia natam, ob falsam adulterii suspicionem decollaverat, pater post Ludovici quarti Principis, convocans Burggravium de Norinberg praesentem, qui & ipsius Rudolphi Principis extitit consobrinus, ait illi: Si Rudolphus prefatus promoveretur in Regem, quomodo essem ab ejus lesione securus? Habetne aliquam filiam, quam mihi daret in uxorem? Et illo afferente, quod Rudolphus sex haberet filias, & de danda fibi una, sub omnium bonorum suorum hypotheca Duci carente, Dux annuit Moguntino. Quod audientes, Dux Saxonia,

xonia, & Marchio Brandenburgensis, qui & ipsi non habebant uxores, receptis cautionibus de aandis libi Rudolphi filiabus, similiter consenserunt, sicque concorditer est electus, Anno Domini M. CC, LXXIII. XII. pridie Calendas Octobris. Juniores autores, ut Trithemius, qui in electione Wilhelmi Holland. Electorum mentionem facit, hic allegari non merentur.

Diximus quod antiquitus omnes status Imperii elegerint Civitates non vero Nobiles Imperii olim inter eligentes erant. Imperatorem: hoc quoad prima tempora adeo verum est, ut ne quidem Civitates Imperiales à comitiis electionis causa institutis, essent exclusa. Thulemarius quidem de Octoviratu c. 3. n. 7. 8. 9. etiā nobilibus immediatis hoc ius vindicat, sed origo hujus status incidit in ea tempora, in quibus potentiores principes excludere coeperunt a negotio electionis reliquos, ut itaque securum non sit concludere: tensionem habuerunt nobiles Imperii in comitis, ergo etiam votum in Electionis negotio. Rectius ipsis hoc negatur à Carpzovio de L. Regia c. 10. sect. s. n. 37. Etiam civitates Imperii inimicum experiuntur Carpzovium l. a. nec non Bellarminum L. 3. de translatione Imp. quos masculine repellit Lehmannus in Chro-nico Spir. L. 5. c. 27. Conringius in disp. de Septemviris §. 22. Et certe Radevici & Guntheri verba, pro civitatibus militant, & quod electioni Friderici interfuerint testantur. Primus L. 2. de rebus gestis Friderici sequentem in modum loquitur: *Confluent ex omnibus regni partibus cum magna frequentia Archiepiscopi, Episcopi multique alii ecclesiastici viri, Duces, Marchiones, Comites, Proceres, Consules, Civitatum judices. Guntherus vero in Ligurino L. 1.*

*Sic postquam sedere Duces, dubioque voluntant  
Pectore, cui tantum regni tribuantur honores*

*Saxones & quorum Ripuaria nomine tellus,  
Westphaliaque Urbes & Norica ruraregentes.*

Et mox addit:

*Quaque suas urbes huc direxere potentes.  
Sed non credo ob causam quæ sequitur, quod ultra Friderici  
tempora hac prærogativa gavisæ sint civitates.*

Potentiores Germaniæ principes qui summi officiales erant imperii, pedetentim hocjus sibi vindicavere, ita ut reliqui quidem principes non exclusi essent ab electionis negotio, sed *natura mœda* sequi Electores essent coæcli. Audiamus tres autores qui omnes in seculo XIII. scripsere, quorumjam mentionem fecimus in antecedentibus. Primus est Martinus Polonus, cuius verba ad An. 983. sunt sequentia. *Licet tres Ottones per successionem generis regnauerint post tamen institutum fuit, ut per officiales Imperii Imperator eligeretur qui sunt septem. Albertus Stadensis ad Annum 1240. de dissilio memrans inter Fridericum II. & Gregorium Pontificem, ita loquitur: Papa Gregorius, insolentias metuens Imperatorias contra Ecclesiam, principes Germanie super electione alterius sollicitavit, & nihil profecit, quia quidam principes rescripsierunt, non esse sui juris Imperatorem substituere, sed tantum electum a principibus coronare; Electio enim ad istos diagnosticur pertinere. Ex prataxatione principum & consensu eligunt Imperatorem Trevirensis, Moguntinus & Colonensis: & de secularibus elegit Palatinus quia Dapifer est, Dux Saxonie quia Marescallus & Marggravius de Brandenburg quia Camerarius, Rex Bohemia qui Pincerna est, non eligit quia non est Teutonicus. Tertius Autor est Epko Repkoviis Compilator Speculi Saxonici, qui L. 3. Art. 57. talen in modum loquitur: In principis electione primus erit Episcopus Moguntin. Secundus Treverin. Tertius Colon. Primus inter il- lastris*

*Electores  
jus elegendi  
pedetentim  
naniscun-  
tur.*

lustres Regni Palatinus Rheni, qui est dapifer. Secundus Dux Saxonie Marcalcus. Tertius Marchio Brandenburgensis Camerarius. Bohemia rex pincerna est, qui non elit, quia nostra non est nationis. Prater istos succedit etiam electio omnium Principum Imperii tam clericorum quam laicorum, non quod sicuti predicti, secundum eorum placitum eligere debeant, sed quem omnes illustres eligunt eundem praetuleris in Regem nominabunt. Etiam si quædam horum autorum verba ad examen essent vocanda, imprimis id quod duo ultimi de exclusione Bohemi ab Electione proferunt, & quod Stadensis reliquis principibus jus coronandi confert, quæ mera sunt figmenta; vidimus tamen ex illis, officiales Imperii jam eo tempore prærogativa quadam gaviosos esse, non tamen exclusis reliquis statibus.

Silentio premere non possum, quod illa controversia;  
*An per A. Bullam licitum sit, plures quam septem constituere electores* auctoritate horum testimoniorum sit illustrata; nam si eo tempore, quo naeli sunt summi officiales jus eligendi  
*Licet per A. Bullam plures constituere Elec-*  
*privative, plures fuissent quam septem, etiam plures habere.* Electores, & Aurea Bulla in proemio, de septem cande-  
*labris, in unitate spiritus sepriformis lucentibus*, tam ma-  
*gnifice vix potuisset fari. Commentatores etiam ad A. B. ut in*  
*sancitatem numeri septenarii tam operose inquirerent, libe-*  
*rati fuissent. vide Thulemar. de Ostov. c. 4. n. 6. seq. Hoc*  
*fotuit tantum factum, nec ob hanc causam, ut tribus &*  
*tribus dissentientibus Electoribus, septimus majora vota con-*  
*stituere possit, ut Onuph. Panvin. de Comitiis Imp. c. 9. au-*  
*tumat. Imperator autem, cui integrum est, de aulæ sue*  
*splendore disponere, merito pro luctu plures officiales Impe-*  
*rii constituit, quibus jura officiis cohærentia, deneganda non*  
*sunt. Ceterum plurima confusio quæ circa initium ele-*

Eorum observatur, sine dubio originem trahit ab eo, quod  
Officiales Imperii ab Electoribus non bene separantur. Officiales enim Imperii veterem aulam Francorum Regum designant, ad cuius similitudinem officia in Imperio nostro à principio ejus, potentissimis procerum conferebantur, usque dum sequioribus temporibus, & forsitan Friderici I. tempore, ut incomparabilis Conringius mavult in disp. de Official. Imp. §.  
14. Familiae quædam hereditario jure retinebant dignitatem, quæ ante personæ tantum dabatur.

Luce meridiana itaque clarius est, officiales Imperii & reliquos principes, ad Rudolphi tempora, simul elegisse Cæsarem, & quod demum anarchia tempore, quam interregnum introduxerat, hanc prærogativam sibi vindicaverint soli Septemviri Officiales, quo factum, ut etiam Electores fuerint dicti; attamen ex modo allegatis locis, paullo serius factum fuisse videtur. Neminem autem offendat, si vocem Electoris, penes antiquoresscriptores inveniat, nam tunc

*Vox Elec-  
tor, ante  
septem Ele-  
ctorum con-  
fitionem  
jam in usu.*

de quovis principe eligente non vero de officialibus *nar' ēzō.*  
*XV* est intelligenda; exempli loco sit c. venerabilem 34. X. de electione & Electi potestate, quod ab Innocentio III. qui anno 1198. Celestino in sede ut ajunt Apostolica successit, datum est, ubi de Electoris munere agitur, nam loquitur de Ottonis IV. electione qui testimonio Germanicorum Historicorum à principibus plurimis, non à septem tantum electus, v. Onuph. Panvin. de Comit. p. 345. seq. Summaria hujus capituli, Electores per classes numerantia, huc non spectant, ut pote quæ sequiore tempore addita, quod etiam tyronibus notum: Hæc sententia quamvis optimorum historicorum autoritate & consensu confirmata, nihilominus à quibusdam impugnata fuit, quam validis lacertis nunc videbimus.

Pon-

Pontifex Romanus imprimis usus est doctorum Juris Canonici interpretatione, qui ab antiquissimis temporibus hunc fucum vendiderunt credulis, ac si Otto III. una cum Gregorio V. unanimi consensu, constituissent collegium Electorum Septemvirale; ita ut hæc traditio jam ab anno 1250. in <sup>Obstant na-  
bria senten-  
tie, trium  
Catholico-  
rum scripto-  
rum septimo-  
nia.</sup> valuetur, quemadmodum doctissimus Conringius in disp. de Septemv. §. 23. putat. Videtur quidem hoc involvere quandam contradictionem, cum eo tempore Elektorale Collegium nondum in ordinem redactum fuerit; sed ita se res habet, quod satis mirum. Nam circa tempus quo diem obiret Fridericus II. post quem adhuc Richardus & Alphonsus ni ab omnibus, à maxima tamen patre principum Germaniæ ele <sup>fuere</sup>, in Italia tres peregrini viri, Ecclesiæ addicti, & in verba Pontificis jurati, iisdem fere verbis, quod notandum, Septemviros eligentes Imp. nominant, & quod hi ab Ottone III. & Gregorio V. instituti fuerint afferunt. Primus est jam allegatus Martinus Polonus, qui scripsit circa annum 1250. in Chronologia Pontificum & Imperatorum; Secundus Henricus Card. Ep. Hostiensis Gallus, in cap. venerab. X. de Elect. & El. pot. scripsit hic ut Bellarminus in Scriptoribus Eccl. p. 201. notata, 1261. Tertius est D. Thomas, de Regim. Principum c. 19. qui vixit circa annum 1265. Horum ipsa verba apponere juyat. Martinus, cuius verba in superioribus per compendium jam adduximus, sequentem in modum loquitur: *Licet tres Ottones per successionem generis regnauerint, post tamen institutum fuit, ut per officiales Imperii, Imperator eligeretur: qui sunt septem, videlicet tres Cancellarii, Moguntinus Germania, Trevirensis Gallia, & Colonensis Italia. Marchio Brand. Camerarius, Palatinus Dapifer. Dux Sax. ensem portat. Pincerna Rex Boemie. D. Thomæ verba hæc sunt: Otho Imperium tenuit usque ad tertiam generationem, quorum quilibet vocatus est Otho, & ex tunc*

*ut historiae tradunt, per Gregorium V. genere similiter Theotonium, provisa est electio, ut videlicet per septem Principes Alemannie fiat, qua usque ad ista tempora perseverat.*  
*Desiderat Pontifex, ut Electores ab illo confirmationem petant.*

*Eunderat in modum scribit Hostiensis, quilibet contra veritatem & satis obscure. Nihilominus horum testimoniorum autoritate, & falsae constitutionis Gregorii V. quae in rerum natura nunquam fuit, Bellarminus fretus, Lib. 3, de translatione Imp. c. 4. contra Illyricum, Pontifici vindicat jus consiliuendi Electores. Ob hanc causam etiam Papicole, imprimis Michael Lonigus, superiore seculo volvere, ut Bavariae Dux confirmationem Electoratus a Pontifice peteret, & nostro ægre tulit Papa, quod Potentissimus Luneburgensis Elector, illo invito, hanc summam dignitatem nactus sit.*

*Dubia ab his autoribus mota removentur.*

Nunc adductorum locorum obstantia a nostra sententia removenda est. Per avtenticorum historicorum testimonia in antecedentibus jam allegata, constat, quod ad Rudolphi usque tempora, Electores nondum acquisiverint jus, ut soli eligerent Imperatorem, sed quia ipsorum auctoritas præ cæteris jam eminebat, siquidem Archi-Officiales erant, quorum vota si non unica, tamen magis spectabilia, a quibus alii non recedebant: nam si schismatica etiam in Imperio observamus, pars procerum Imperii electionem non suscepit, nisi Archi-Officialis quidam negotio præcesset. Dixerunt itaque peregrini, vel nostrorum rerum ignari, vel dividere cupientes Imperii status, quod soli Officiales hoc negotium peragerent, quia præcipui essent; & ut Pontifici novum jus assererent, antiquam Ottonis & Gregorii constitutionem finxerunt, quod hoc tempore, quo Officiales emergere satagebant, sine illorum contradictione fieri poterat. Quod huic asserto rei veritas obstat, ipsi agnoscunt cordatores Catholici, & quod demum tempore

pore Rudolphi Officiales elegerint soli, fatentur. Audiamus doctissimum Gonzalez. Tellez, ad c. Venerabilem, Operum T. I. p. m. 326. In hoc historicorum & juris interpretum dissidio, reque prorsus extera, si quid mei judicii est, existimo Electorum collegium & numerum, constitutione Pontificia institutum esse, ut Cathol. orum sententia docet, & probat; sed cum per hanc constitutionem exceptis predictis septem Electoribus, alii principes excluderentur ab electione, illa non ita ab initio fuit admissa & amplexa, usque per schismata orta in electione Friderici II. & aliorum Imperatorum, ingentia mala experta fuerunt. Quare universorum principum consensu Pontificia constitutio vires atque robur obtinuit. Distinguitur porro inter jus scriptum Pontificis & consuetudinem Germanorum. Salvare conatur Tellez Gregorii constitutionem, sed Thomam falsitatis arguit, qui dicit: que usque ad ista tempora perseverat. Quod reliquum est Martino, Thoma & Henrico Hostiensi, si circa maiestiam solo historie errore seducti, id scriperint, concedimus, quod tot Imperii Officiales ab Ottonis III. ad nostra tempora elegerint Imperatorem, sed non exclusis reliquis principibus, de quo etiam non loquuntur. Imprimis notabilia sunt verba, quibus sententiam de Officialibus eligentibus, claudit Martinus, nimirum enumeratis Principum officiis, dicit: unde versus:

Moguntinensis, Trevirensis, Coloniensis,  
Quilibet Imperii fit Cancellarius horum,  
Et Palatinus Dapifer: Dux portitor ensis,  
Marchio propositus Camera, Pincerna Boemus.

Hi statuunt domum cunctis per secula summum.  
Nihil hic dicitur, quod soli elegant, sed tantum, quod domum statuant, h. e. quod officiales sint. Post tempora

C

Ru-

Rudolphi vero hi versus immutati fuerunt, & ipsis insertum,  
quod hi principes essent Electores. Sequentem enim in mo-  
dum profert Jo. Craws, Presbyter in Motznig, qui ab ini-  
tio sec. 15. vixit, & a Madero editus est.

*Hi Moguntinus, Treverensis, Colonensis  
Quilibet Imperii sit Cancellarius Archi,  
Inde Palatinus dapifer, Dux portitor ensis,  
Marchio praepositus Camera, Pincerna Bohemus,  
Hi faciunt Regem, servant hoc ordine legem,  
Atque creant Dominum cunctis per secula summum.*

Miror tandem, quod Bellarminus ad stabiliendam suam de  
Electorum origine sententiam, in tractatu de translatione  
Imperii, adeo confidat Martino Polono, quem tamen in li-  
bro de Scriptoribus Eccles. p. 200. *Virum allegatione indi-  
gnum, simplicem, & fabellas pro historiis obtrudentem, qua-  
lis esset illa de Johanna Papa famina*, appellat. Quam  
contradictionem, Bellarmini & ejus asserti causa, notare  
debi.

*Aliud dubi-  
tandi argu-  
mentum ex-  
Strikere de-  
fumium.* Missis his alia videamus dubitandi argumenta, & ut ab  
antiquissimo exordiar, suppeditat illud Poeta Germanicus  
nomine Strikere, qui Epicum poema quoddam conscripsit  
de Caroli M. & Rulandi facinoribus. Non nisi fragmentum  
producere valeo, quod de historia patria & Jure publico Ger-  
maniae summe meritus vir Melchior Goldastus, in eruditissi-  
mis notis ad Paræneses veteres, & quidem ad paræneses Ty-  
rolis, Scotorum regis, p. 361. profert. Loquitur Strikere  
de septem Officialibus Imperii; finitque sententiam his ver-  
sibus:

*Das si da iemer mere  
Ir Kiunige chrontin und Kurn  
Und das recht niemer verlurn.*

Sen-

Sensus est , quod hi principes jus habeant eligendi & coro-  
nandi Imperatorem , & quod illud nunquam perdant . Stri-  
kere de tempore Caroli M. loquitur , ac si jam hoc regnante ,  
septem fuerint ad hoc constituti principes , ut eligerent Im-  
peratorem ex quadam prærogativa juris . Goldastus ipse ,  
dum hæc perpendit verba , nescit quid dicat : nam contra-  
dicunt quasi ex instituto sententiæ , quod Electores post Fri-  
dericum II. jus suum nacti sint . *Quod nescio* , inquit Gol-  
dastus , *si vaticinium est , & nostra tempora tangat* . Dum  
quisvis Poeta Vates dicitur , hoc in sensu pro vaticinio est  
habendum . Sed si quid mei judicii est , duo imprimis sunt  
determinanda , antequam de hoc autore sententia dici possit :  
Nimirum an Poetæ testimonium valeat in rebus historicis ?  
& tandem quo tempore vixerit Strikere vir incognitus ?

Ad primum quod attinet , dum

• • • *Pictoribus atque Poetis*

*Quidlibet audendi semper fuit aqua potestas ,*  
historici munere male funguntur , non autem omni auto-  
ritate testandi destituuntur . Quis negabit Persio , quod  
olim aves locutæ fuerint Romæ , dum canit :

*Quis expeditivit pœttaco suum x̄ūpe?*

*Corvos quis olim concavum salutare*

*Picamque docuit nostra verba conari?*

Negamus autem Persio victoriæ Caligulae a Germanis re-  
portatam , dicenti de illa Sat. 6. v. 47.

• • • *Missa est a Cæsare laurus*

*Insignem ob cladem Germanæ pubis.*

Silius Italicus pro Poeta historico ab omnibus habetur , ejus-  
demque haud infucatum dicendi genus , nullam dubitandæ  
reliquit causam . Enimvero , quia plures Poetæ ingenii in-  
ventis seducti , hunc tramitem non sequuntur , consultius est ,  
sub beneficio inventarii eorum relationes recipere . Vi hujus  
C 2 bene .

*An Poete  
testimonium  
in rebus bi-  
storicis va-  
leat ?*

*Quis Stri-  
keve fuerit,  
& quo tem-  
pore vixe-  
rit?*

beneficii nunc etiam inquirendum est, quis Strikere fuerit? Non nisi duos inveni, qui hujus Poetæ mentionem faciunt, Goldastum nimurum in jam allegato paræneticorum opere, & Lambecium in Comment. de Biblioth. Cæl. Lib. 2. c. 5. p. 384, ut taceam Morhofium, qui in Unterricht von der Deutschen Sprache/ c. 7. p. 310. paucissima sine dubio ex Goldasto & Lambecio deponita ad fert; & Nesselium, qui in Sciographia magni corporis historici p. 17. idem fecit. Christianus Gryphius in actu oratorio vonder Deutschen Sprache Alter/ nostrum plane omittit, id quod etiam Hoffmanswaldavum, in prefatione suorum poematum, fecisse animadverto, qui viri alias de veruissimis Germaniæ Poetis, maxime solliciti sunt, quod tamen factum esse arbitror ob penuriam notitiae. Ad Goldastum itaque quod attinet, hic solus etatem poetæ innuit, dicens: *Strichere qui ante quingentos annos fuit*; edidit autem Goldastus Paræneticorum opus Anno 1604., quo sequeretur, quod in seculo undecimo circa annum 1080. plus minus vixerit. Lambecius allegato loco cautius procedens autoris etatem non pandit, dicit tantum, quod codex, qui in Bibliotheca Cesarea inventus est, contineat poema de rebus gestis Caroli M. & Ru landi antiquis rhythmis Germanicis, quorum autor ipse se Stricherum appellaret, communicat postea rubricam & initium libri, illa sequens est: *Dix Puoch ist von Chünich Karl und von Ruvald gemacht/ wie sie din Heidenschaft überholten.* Sed accuratius examen est instituendum, nimurum in ipsos rhythmos autoris, & ejus stylum inquirendum est, annon probabilibus conjecturis, si destituimus veritatis demonstratione, aliquid de ipsius etate colligere licet. Ipse Strikere, seu Stricher, ut Lambecius mavult, non adeo obscure scribit, ejus verba intelligibilia sunt, nec adeo

adeo a seculi nostri verbis declinant. Probationis causa in medium proferam epilogum Poematis , ut ille a laudato-  
Lambecio l.c. p. 389. communicatur :

Diz Huoch bat hie din ende  
 Dat an ich ellende  
 Sie gedient han  
 Uff crost niht uff wan/  
 Minen lieben Serren/  
 Dez witen un verren/  
 Tugent sint behant/  
 Naben uder elliu lant/  
 Der grude mir von schulden/  
 Verlitten seiner hulden/  
 Immer loblich zerwerben/  
 Bis an min sierben/  
 Un och geruchet/  
 Sweime er diz buche/  
 Vor im lesen haizze/  
 Un swet darzu erbaizze/  
 Dis gedenden min mireliche/  
 Sinz Got von himelrich/  
 Und och swenne er ez anschet/  
 Daz er darzu veriche/  
 Ich si im liep.  
 Swelich immer tebam diep  
 In diz buches wil entwern/  
 Den muzze Got uneren/  
 Geschant un ubele gelingen/  
 Darzu diu ogen uzspringen.  
 Dez helfe mir der fuzze Jesus/  
 Der da z himmel habe bus/  
 Daz ist der vil-here Christ/  
 Des riter Karl ie gewosin ist.

Conferamus quæso hanc lingua cum illis sermonis patrii  
 monumentis, quæ seculo nono scripta sunt, & videbimus,

C:

quod

quod ætate multo junior sit hic Strikere ac Goldastus putat. Fœdus inter Ludovicum Germanicæ, & Carolum Galliæ Regem Argentorati A. 842. pactum, quod a Nithardo Hist. L. 3. allegatur, sic se habet: In Godes minna / ind durch des Christianes folches ind unser bedhero gehaltnissi son thesem o dage fram mordes/ so fram so mir Got grizzei indi mahd furgibit/ so hald ih thesan minan bruodher . . . . so so man mit rehtu sinan Bruodher seal/ inthi uthaz er mig so so ma duo indi mit Lutherem inno theinni thing ne gegango zhe minan svillon imo . . . . ce scadhen verhen. Otfridus Monachus eodem tempore scriptus, juvat etiam ex illo quædam verba, quibus conclusit versionem evangeliorum, & quæ a Lambecio a. l. p. 156. primo producuntur, adferre:

Selben Christes siuru  
Joh sinera gmadi  
Bin un zi thiu g'fierit  
Di stade hiar gimerit  
Bin nu mines uortes  
Gikerit heimortes  
Joh uilles duan nuenti  
Mit thiu ih fuerienti. &c.

Strikere il. Hæc differentia non est duorum seculorum, sed plurium, lam etatem, nam si perpendimus etiam illum loquendi modum, quo usus quam Goldastus putat, non attingit. Wolframus Eschelbachius in dem Helden-Buche/ qui vixit circa Friderici Barbarossæ tempora, cuius verba allegare spatium non permitit, dicendum est, quod Strikere magis ad illius vel etiam ad Winsbekii ætatem accedat, quam quod seculo undecimo scripsit, ut Goldastus inconsiderate putat. Quin imo dum fragmentum nostri poëæ, quod edidit Lambecius a. l. p. 387. accuratori oculo inspicio, hæc invenio verba in præfatione:

Ditz ist ein altes märe  
Un hat es der Strichere

Genis

Geniwer durch der werden gunst  
Die nob inmnen hovelich chunst  
Den sol hienit gedient sin.

Non fuit Strikere hujus historiae autor, quam antiquam appellat, ein altes märe / sed illam tantum in rhythmos coagit, hoc autem de historia Caroli M. dicere non potuisset, si ipse seculo undecimo vixisset. Ut itaque revertar, ad ipsius locum de Electoribus, ego persuasus sum, quod eo tempore vixerit, cum jam Officiales Imperii prærogativa quadam præ ceteris gauderent principibus, quorum originem cum ipse nesciret, retulit ad Caroli M. ætatem. Et tandem ex præmissis fatemur, jam Carolo vivente, fuisse Imperii Officiales, qui data occasione, tanquam primi status, prima in Comitiis haberent vota, etiam si eo tempore officium ad dies vitæ tantum concedebatur.

Notabiliores autem sunt rhythmi alterius ejusdam poëtæ Germanici, quem Goldastus in Paræneticorum veterum opere p. 360. nominat den *tugendhafften Schreiber*. Hic ten *Schreibers & Reimari von Switter loca de Electoribus*

*Siben Fursten sind des were*  
*Das ein Römesch Kunic en ist zweln benant/*  
*Die entkiesen nicht wans wes det edel gert*

*Serman von Turingen l.int.*

Adjungamus huic alium ejusdem ætatis & linguae vatem, nomine Reinmar von Switter/ ab eodem allegatum p. 361. qui de septem Electoribus loquitur, quod eligere & etiam exautorare Imperatorem valeant :

*Nu seben vor uch des Riches welere/*  
*Den ir nu welt das er si schanden leire/*  
*Und also das ir versuchent/*  
*Werde er iv lieb so stet im eben*  
*Und sie des nicht so lat iv geben*  
*Das riche wider zthant/ so irts geruchen,*

Sed

*In statem  
borum Poe-  
tarum inquie-  
ritur.*

Sed videndum est, quo nam ætate etiam hi scripserint. Goldastus in Parænetorum opere Tyrolis Regis Scotorum, Winsbekii & Winsbekiæ paræneles vetustis rhythmis germanicis scriptis simul edidit, & locis parallelis diversorum Poetarum ejusdem ætatis, inter quos etiam nostri duo, illustravit, in titulo autem Tyrolis, Winsbeckii & poetriæ Winsbekiæ operum, hæc de ipsorum ætate loquitur: *Ab hinc annos CCCClos, &* quod excursis, scripta lingua Theutonica. Edidit suum opus Goldastus A. C. 1604. sequitur itaque vixisse der tugendhaftes Schreiber / & Reinmar von Zweter in seculo duodecimo, quod fortassis ætatem attingit Henrici V. Imperatoris. Si hoc cum veritate conveniret, insidias struerent hi autores sententia nostræ, plusquam alii. Etiam acquiscere essemus coacti, nisi doctissimus vir Jo. Georg. Eccard, in Historia studii Etymologici, c. 19. p. 161. dum de opere Goldasti disserit, occasionem eruendi veritatem, præberet. Perhibet eruditus vir, se vidisse in Bibliotheca Bremensi opus poematum germanicorum, ex quo edidit Goldastus paræneles Regis Tyrolis & Winsbekiorum. Delituit hoc opus primo apud Baronem Hohenaxium in arce Forstekia, postea illud acquisivit Bartholomæus Schobingerus patricius S. Galli, a quo nactus est Goldastus. Cum hic diem obiret, in Bremensem Bibliothecam prima pars translata fuit, parte secunda perdita. Nihilominus primæ parti præfixus erat index omnium totius operis poematum, quem Eccardus communicat. Sunt centum & triginta octo a tot poetis in certamine musico uno tempore decantata, quod innuant verba indicis adjecta: *Die hie gesungen hant nu zemale / sind ir C. IIIID XXXVIII.* Sed liceat mihi recedere à sententia horum eruditissimorum virorum, cum ipsorum tamen pace. Nam persuadere mihi non valeo quod hi scripserint seu cantaverint.

rint seculo duodecimo , sequenti causa permotus . Inter <sup>juniiores</sup> Poetas enumeratos , video numero 45. Herr Walter von <sup>funt ac Gol-</sup>  
 der Vogelweid / 48. Herr Wolfram von Eschenbach / <sup>dafus pu-</sup>  
<sup>iat.</sup> 76. Klingsore von Ungerland / 135. Meister Heinrich  
 Frauenlob . Sed de horum poetarum <sup>estate</sup> scimus , quod  
 multo sint juniores . Quod Klingsohre / Wolfram von  
 Eschenbach & Walter von der Vogelweid in seculo de-  
 cimo tertio vixerint , testatur Spangenbergius , qui allegatur  
 a Wagenseilio nostro in tractatu von der Meister-Singer  
 holdseligen Kunst c. 4. p. 10. Et quod Meister Heinrich  
 Frauenlob Theol. Argentinensis in seculo decimo quarto  
 claruerit , scriptum reliquit Albertus Argentinensis : *Anno*  
*Domini 1317. inquit, sepultus est Henricus dictus Frauwen-*  
*lob in Moguntia , in ambitu majoris Ecclesiae . . . qui de-*  
*portatus fuit a mulieris ex hospitio usque ad locum sepul-*  
*turae , & lamentationes & querela maxime audire fuerunt*  
*ab eis , propter laudes infinitas , quas imposuit omni generi*  
*fæmineo in dictaminibus suis . Tanta etiam copia fuit vini*  
*fusa in sepulcrum suum , quod circumfluebat per totum am-*  
*bitum Ecclesiae . Quicquid itaque colligere conatur Goldastus*  
*ex nominibus Poetarum hujus certaminis numero 1. Keyser*  
*Heinrich / 2. Kunig Thunrat der jüngere / 4. Kunig Wenz*  
*zel von Behein / quæ nomina ficta sunt , sicuti 3. Kunig*  
*Tyrol von Schotten / qui nunquam in rerum natura fuit ,*  
*ut ex Boethio , Buchanano & Jonstono scimus , & 102. der*  
*Zugendhafte Schreiber / nec non ipsius Henrici , Magistri*  
*Argentinensis adjectum nomen Frauenlob ; Ego persuasus*  
*sum , quod hi Poetæ omnes circa finem seculi decimi tertii ,*  
*quo tempore maxime floruit Poesis Germanica , die Meister-*  
*Sänger-Kunst / vitam egerint . Sed cum hoc tempore*  
*Collegium Electorale esset jam confirmatum , Poeta qui vo-*

catur der *Sugendhafte Schreiber* / & Reinmarus von *Zweyer* / recte sine omni sententiæ nostræ jactura, nominare poterant, die Sieben Reichs-Welere. Interim optamus, ut eruditissimus Eccardus in opere quod molitur de lingua Germanica, differentiam hujus lingue per singula secula ostendat, quo lapide Lydio in posterum uti possimus ad evitandam Autorum confusionem.

*Aliam obje-* Ad aliud dubitandi argumentum nos convertamus. Hoc *tionem mo-* nobis in aleam ponunt Acta publica Anglicana, ad Mandavent *Acta* tum Reginæ Annæ per Thomam Rymer emissæ T. i. qui *Anglicana*. prodiit Lond. A. 1704. pagina 762. Doleo, quod ipsum opus evolvere non liceat. Pauca exemplaria adhuc vidi Europe, & forsitan præter illud, quo donavit societas Anglicana eruditissimum Menkenium, historiarum Prof. in Acad. Lipsiensi, nullo alio Germania gaudet. Inspiciamus itaque Acta Eruditorum A. 1709. mens. Dec. p. 535. ubi excerpta vidiimus hujus operis verba, quæ ad nos spectant. Nimurum cum divisa esset Germania in Electione Richardi & Alfonsi, Romanus Pontifex epistolam mittit ad Richardum, ut compareat & audiat se componentem ista dissidia ipsum inter atque Alfonsum. Hic prolixè, inquit, eruditissimi collectores, antiquissimus eligendi Reges Germania modus, & ut in epistola dicitur, a tempore, cuius memoria non existat, refertur. Menthio fit septem Electorum, intra annum & diem, postquam vacet Imperium, a Moguntino & Comite Palatino Rheni vel alterutro, Francofurtum convocandorum, quo qui ad statum diem convenienter, licet duo tantum sint, legitimam electionem possint perficere. Electum, siquidem consentiat intra annum & diem ab electionis tempore, per Coloniensem Aquisgrani coronandum, & homagia tum ipsi esse prestanda. Discors si sit electio, Iudicium esse Palatini Comitis,

mitis, & se hic rem nequeat confidere, sedis Apostolice. Resolutio  
Ut ingenue sententiam meam de hoc documento dicam, *bujus dubii.*  
obstat defectus ipsius operis a Rymero editi. De istius an-  
tiquitate autem dubitare vix licet, siquidem quodvis Ar-  
chivum & ex illo producta Instrumenta veritatis & solejni-  
tatis habent præsumptionem. Quis etiam in Anglia, ut  
quandam erroneam opinionem, quæ peregrinas res tantum  
tangit, fulciret, operosum falso committere vellet? Fal-  
sarii enim omnes spem lucri pro scopo habent. Verum  
enim vero carere possumus hoc Anglolico libro: nam unde-  
cim annis ante ejus editionem hæc eadem Epistola ex mo-  
numentis autenticis ab Illustri Leibnizio in Prodromo Co-  
dicis Juris Gentium Num. 14. promulgata fuit, quæ per o-  
mnia cum illa Codicis Anglici concordat. Plenius referre  
hic supersedeo, siquidem Leibnizianum opus in omnium  
manibus est. Sed ut brevibus respondeam, primo conscri-  
pta est hæc Epistola post Richardi & Alfonsi electionem,  
quæ ultima erat, ubi præter Electores reliqui etiam prin-  
cipes ad hæc Comitia convocabantur. Notabilia sunt ver-  
ba ipsius allegatae Epistole §. 4. Cum Pralatis, Ducibus &  
aliis ibidem præsentibus, deliberatione præhabita, de ipso-  
rum communi consilio & assensu. Sed sine dubio Officiales  
præ reliquis summa autoritate usi sunt, quemadmodum  
etiam in antecedentibus electionibus factum fuisse arbitror.  
Secundo, quod electores vocentur Principes a Pontifice,  
non erat contra stylum Romanum, per hoc verbum desi-  
gnantem omnes eligentes, quo etiam veniebant reliqui Imperii  
Principes præsentes. Hoc declarant verba Pontificis  
Alexandri IV. ad Gerardum Archiepiscopum Moguntinensem,  
quem sub pena excommunicatio, vetat, ne Friderici II. nepotem  
Conradinum in Imp. eligat, apud Leibnitzium a. l. num. 13.

In omnes Electores qui memoratum puerum, ad hoc nominare, vel eligere, seu in ipsum consentire volunt, excommunicationis sententiam promulgamus. Putat Leibni zius, ac si in hac Epistola antiquissima contineretur electorum intentio, sed cap. Venerabilem X. de El. & El. pot. ab Innocentio III. latum, quod pag. 14. jam allegavimus, antiquius est. Nos autem Electorum nomen, ab eo tantum tempore secundum excellentiam sumimus, quo soli Officiales Imperii reliquis statibus exclusi, & non convocatis, sumnum hocce negotium ad se traherent. Ita sumitur ab historicis Germaniæ, qui tantum post electionem Rudolphi de illis loquuntur. Siquidem notatum dignum, quod in actis electionis Conradi IV. seu in Principum Germaniæ testimonio de Conradi electione apud eundem Leibniz. l. a. num. II. nihil dicatur de Electoribus, sed hæc tantum verba conspi ciuntur: *Nos qui patres & Imperii lumina reputamur.* Nec hoc elogium Officiales inter titulos retulerunt, nisi post Rudolphi electionem. Rudolphus enim primus est, qui in diplomate apud Lambec. de Bibl. Cæf. L. 2. c. 8. p. 828. quod 1275. Augustæ Duci Bavariae concessum, Officiales Imperii Electores nominat: Idem quod inter historicos, quod ego quidem sciam, primo fecit Alb. Argentinensis, vid. sup. p. 9. Ex quibus colligere possumus, quod illud vocabulum italicum penes nostrates antea in usu non fuerit: Peregrini autem deponunt testimonium de re ipsis non adeo cognita, cuius fidem sequi nobis adeo consultum non erit.

*Dubium ex diplomate Rudolphi I. banatum.* Ultimum quod dubium quoddam movere potest argumentum, est diploma a Rudolpho I. Imperatore Wenceslao Regi Bohemiæ concessum. Proferunt illud Goldastus de Regno Bohemiæ, Lamhecius de Biblioth. Cæf. L. 2. c. 8. p. 830. Bohuslaus Balb. in Mischell. hist. Reg. Boh. L. 8. P. 1. Eo

Eo tempore in quæstione versabatur, an Rex Bohemæ inter Electores Imperii numerari possit? Hic enim explicanda sunt verba Alberti Stadensis & Epko Repkovii supra p. 12. allata, quæ si generaliter accipere velimus, falsum continent, limitatione autem adjecta, declarant historiam. Nimurum Rex Bohemæ ab antiquissimis temporibus inter Officiales tuit, si vel a patre vel matre Germanica esset prognatus. Dicam autem ipsi scripserunt, si a sclavicis Rex Bohemæ finatio-  
feu peregrinis parentibus esset genitus, ut Wenceslaus ne Slavus,  
Monoculus Primislai filius, cuius pater Slavus, mater Con- ab electionis  
stantia Belæ Regis Hungariae filia. Quod declarant verba negotio ex-  
juris provincialis Alemanni, edit. Argentoratensis, quam cluditur.

sententiam debemus Lambecio l. a. p. 827. Der Vierd ist der König von Böhmen / des Reichs Schenck / und soll dem König den ersten Becher bieten. Doch ist zu wissen / daß der König von Böhmen kein Kur hat / wern er nit ein Teutscher Man ist. Den die vier Lehen Fürsten sonnen Teutsche Man sein von Batter und Muter / oder von ehnt wederin. Hoc sine dubio ex odio erga Slavicam nationem , quæ tanta crudelitate Christi nomen persequebatur , factum est. Et etiamnum in Lusatia , in Meris nativitatis opificum legitur : daß er von ehrlichen Teutschen Eltern und kein Wend sey. Quidam autores , qui rem ea qua par est accusatione non perspererunt, Regem Bohemæ adeo ex ordine Officialium & Electorum Imperii expunxerunt , uti jus provinciale Alemannicum c. 155. & jus feud. Saxon. ejusque loco Ducem Bavariae ponunt. v. Schilt. ad c. 8. Jur. Feud Alem. Quin imo vetus liber de beneficiis , cuius editionem adornavit Illustris Thomasius, Universitatis Hallensis Director, in Selectis Feudalibus Tit. I. §. 12. p. 102. sine dubio omitto.

tendo Regem Bohemiæ , sex tantum Officiales Imperii nominat. Rex quem eligunt Teutonici , sunt verba , cum Romanum vadit ordinari , secum ibunt de Jure sex Principes , qui primi sunt in electione , ( hæc verba etiam ea , quæ in antecedentibus de prærogativa Officialium dixi , declarant ) ut pateat Apostolica Regis justa electio . Hoc eo deduxit quosdam eruditissimos viros , ut Bohemiam non esse juris Germanici , sed Slavici , dixerint , defectumque personæ , toti Regno proprium fecerint . vid . Exc . Cocceji Jurisprud. publ. c. I. §. 14. c. 3. sect. 4. §. 64. Quod autem in Officiali Imperii requirebatur , id non observamus factum esse apud reliquos Imperii Principes , nimirum quod non essent status , si non a patre & matre Germanica nati . Dubium etiam Regi Bohemiæ motum , interdum magis ex odio erga personam quam gentem , profluxisse credo , vide Eruditissimi Hertii disp. de renovato Imperii & Bohemiæ nexus §. 9. p. 21. Sed hæc *as èv wapodæ* : ad memoratum diploma Rudolphini me accingo . Quia Wenceslaus Bohemiæ Rex status questionem à Cöelectoribus suis patiebatur ob jus Electoratus & Pincernatus , Rudolphus Imperator , qui huic Wenceslao filiam in matrimonium collocaverat , Anno 1290. in Comitiis Erfordiæ celebratis , per solenne diploma jus Electoratus & Pincernatus Bohemiæ Regi confirmat . Rudolphus , Dei Regi Bohemiæ jus eligitur Romanorum Rex , semper Augustus , universis Sacri Imperii Romani fidelibus praesentes literas inspecturis gratiam suam & omne bonum . Quanto jura personarum prodierint in lucem notitia clariore , tanto liquidius posteritati successure materia altercandi tollitar . Inquisitionis igitur circumspectæ præhabita indagine , scrutinioque solerti scire desideravimus , quid quantumque juris in Romano competit Imperio & in electione Romanorum Regis futuri Imperatoris inclito Regi Bohemiae ,

Rudolphus I. & Pincernatus Bohemiæ Regi confirmat . Rudolphus , Dei Regi Bohemiæ gratia Romanorum Rex , semper Augustus , universis Sacri Imperii Romani fidelibus praesentes literas inspecturis gratiam suam & omne bonum . Quanto jura personarum prodierint in lucem notitia clariore , tanto liquidius posteritati successure materia altercandi tollitar . Inquisitionis igitur circumspectæ præhabita indagine , scrutinioque solerti scire desideravimus , quid quantumque juris in Romano competit Imperio & in electione Romanorum Regis futuri Imperatoris inclito Regi Bohemiae ,

boemiae, Principi & filio nostro charissimo & heredibus ipsius.  
Quo factō Principum, Baronum, Nobilium & Procerum Imperiū,  
nec non veteranorum communi assertione & concordi testi-  
monio <sup>comitum</sup> affsonante, ipsum Regem Bohemia Imperii  
debere Pincernatus <sup>etiam</sup> ius ac officium Pincernatus apud  
eum, nec non ejus heredes jure hereditario residere. Exitit  
etiam dilucide declaratum, predictum Regem Bohemia, &  
suos heredes in electione Regis Romanorum futuri Imperato-  
ris cum ceteris Electoribus habere debere ad similitudinem  
aliorum Electorum eligendi plenarium jus & vocem. Hac vero  
jura Electoratus & Pincernatus nedum dicto Regi & suis he-  
redibus didicimus competere, sed etiam suis Progenitoribus,  
Abavis, Atavis, Proavis, Avis pure plenissime competebant.  
Volentes itaque dicti Regis ac heredum suorum dispendiis ca-  
vere, jus & officium Pincernatus in Imperio sibi & heredibus  
ejus & non aliis competere & in Electione Regis Romanorum  
futuri Imperatoris habere jus & vocem clare recognoscimus,  
approbamus & presentium testimonio profitemur. Si quid  
autem diminutionis vel caluminie, quod non credimus, caril-  
loſe, malitioſe vel subdole possit opponi, supplemus de plenitu-  
dine potestatis. In cuius rei testimonium presens Scriptum  
Majestatis nostra Sigillo fecimus communiri. Datum Erfor-  
dia VI. Kalend. Octobr. Indict. III. anno Domini ACCXC. Regni  
vero nostri XVII. In hoc diplomate sequentia in primis verba  
sententia nostrae contradicunt: *Hec vero jura Electoratus* <sup>Verba bu-</sup>  
<sup>& Pincernatus nedum dicto Regi & suis heredibus di</sup> <sup>jus diploma-</sup>  
<sup>dicimus competere, sed etiam suis Progenitoribus, Aba-</sup> <sup>fententia</sup>  
<sup>vis, Atavis, Proavis, Avis pure plenissime compete-</sup> <sup>contraria-</sup>  
<sup>bant. Quanquam plura ad hæc verba essent monenda,</sup>  
<sup>hoc unicum tamen ad nos principaliter spectat, quod Impera-</sup>  
<sup>tor fassus sit, jam Abavos & ulteriores Regis Bohemia Ante-</sup>  
<sup>cesso.</sup>

cessores, jure Electoratus gaviosos esse, ac si jam antiquissimis temporibus confirmati fuissent Electores. Enimvero jus Electoratus hic sumitur pro voce in Electione, qua utebantur officiales primario quidem, sed & una cum reliquis Imperii Principibus. Adhuc alia proferre possem dubia, quæ autem per resolutionem jam adductorum facile dirimi possunt.

*Argumentum ex Dissertatione collectum.* Quod reliquum, unico verbo adhuc repeatam sententiam nostræ argumentum in antecedentibus per tot rationes confirmatum. Etiamsi ab antiquissimis temporibus omnis populus elegerit, nihilominus Officiales, imprimis autem Archiepiscopi, Imperii Cancellarii, magna autoritate pollebant, ita ut eorum vota pondus quasi essent totius electionis: cum autem officiales seculares hereditario jure officii dignitatem in gente sua retinere cooperunt, Electoralis dignitatis fundamenta paulo declaratius egerunt, & pedetentim reliquos status excluderunt, quod à tempore forte Friderici I. ad Rudolphii usque electionem factum. Tandem à Rudolphi electione privative acquisitum jus, tranquille & nemine contradicente exercent. Ad nomen Electoris quod attinet, hoc ciuitus usurpatum fuit à peregrinis, imprimis Italisch, & illo insignierunt omnes eligentes imprimis officiales, qui praecipiui in electione. Denique ab ipsis officialibus assumptum fuit, peracta Rudolphi electione.

### COROLLARIA.

- I. *Ex natura juris legum ferendarum in Imperio omni status ad capitulationem conficiendam concurrat. Vi acquisiti juris electionis, A. B. & prescriptionis foli Electores hoc jus sibi vindicant.*
- II. *Angli qui Wichts vocantur, fundati sunt in jure naturali, & eorum intentio nostri Imperii legit et convenient.*

S. D. G.





Fc 2638.

8

1620 - 1751

ULB Halle  
003 564 878

3




TA 506

7-612 f

KD 18

VON  
OKE



11  
ANALEC

# ORIGINE

DISPVTA

EVCHARIVS

JACOB C

ANNO 151

ALTDOR  
TYPIS K

